



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarum Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quare verbum Patris dicatur filius naturæ. M

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

tia, de sapientia, essentia, de essentia: quia hoc est omnino quod pater, non tamen pater: quia iste filius, ille pater.

Hilarius ad principium lib. 2.

Quare verbum patris dicatur filius nature.

INDE est quod solum vnigenitus Dei dicitur natura filius, quia eiusdem nature est, & eadem natura est cum patre. Vnde Hilarius in libr. de Trin. de Christo loquens ait, Natura filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit habet.

VTRVM PATER VOLVNTATE GENVIT
filium, an necessitate: & an volens vel nolens
sit Deus.

DISTINCTIO VI.

PRÆTEREA quæri solet, Vtrum pater genuerit filium voluntate, an necessitate. De hoc Orosius ad August. ita ait, Voluntate genuit pater filium vel necessitate: sed nec voluntate nec necessitate: quia necessitas in Deo non est, præire voluntas sapientiam non potuit. quocirca, vt August. ait in 15. lib. de Trinit. ridicula est dialectica Eunomii, à quo Eunomij, à quo Eunomiani heretici orti sunt: qui cum non potuisset intelligere, nec credere voluisset vnigenitum Dei filium verbum Dei esse natura, id est, substantia patris genitum, non natura vel substantia dixit esse filium, sed filium voluntatis Dei: volens asserere accedentem Deo voluntatem, qua gigneret filium. sicut nos aliquando aliquid volumus, quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur nostra natura, quod absit vt in Deo esse credamus. Dicamus ergo verbum Dei esse filium Dei natura, non voluntate, vt docet Augustinus in decimo quinto lib. de Trinitate, vbi quendam catholicum heretico respondentem commendat dicens. Acute sane quidam respondit heretico versutissimè interroganti, vtrum

Deus

*De compa-
ratione
actus gene-
randi ad sa-
pientiam. In
tom. 4. in
dialogo. 5.
questionum
q. 7. cap. 20.*

*Aug. de tri-
nit. l. 15. a. 2.*